

sive erraticæ immenso plus effectus laudat Cato: adeo ut aridæ quoque farinâ in olfactorio collectâ vel odore tantum naribus raptis vitia earum graueolentiâque sanare affirmet. Hanc alii petreâ uocant: inimicissimâ uino: quâ præcipue uitis fugiat. Aut si non possit fugere: moriatur. Folia hæt bina parua: rotunda: leuia platis oleris similior: candidior satiuâ & hirsutior. Hanc inflationibus mederi. Melancholicis quoque ac uulneribus recentibus cum melle ita ne soluatur ante diem septimum. Strumis fistulis in aqua contrita chrysippo auctore. Et alii cõpescere mala corporis quæ serpunt: nomas uocant. Item excrescentia absumere. Cicatrices ad planum reducere. Oris ulcera & tonsillas masticata & cocta succo gargarizato cum melle tollere. item psoras & lepras ueteres ipsius tribus partibus cum duabus aluminis in aceto acris illitis. Epicharmus satis esse eam contra canis rabiosi morsum imponi. Melius si cum lasere & aceto acris. Necari quoque canes ea si detur ex carne. Semen eius tostum auxiliatur contra serpentes fungorumque uenena. in tauri sanguine folia cocta spleneticisque in cibo data & cruda illita cum sulphure & nitro profunt. Item mamma rum duriciæ: Radicum cinis uuae in faucibus tumenti tactu medetur & parotidas cum melle illitus: repti mit. serpentium morsus sanat. Virium brassicæ unum & magnum argumentum addemus & mirabile. Crustæ si occupet intus uasa omnia in quibus aqua feruent in terram ut non sit eas auellere: si brassica in iis decoquat abscedat. inter siluestres brassicas & lapsana est pedalis altitudinis: hirsutis foliis: napi simillimis nisi candidior est flore. Coquitur in cibo. Aluum leniter emollit. Narinâ bassica uehementissime ex omnibus aluum ciet. Coquitur propter acrimoniâ cum pingui carne stomacho inimicissima. Scyllæ in medicina alba est quæ masculus: foemina nigra. scylla quæ candidissima fuerit: utilissima erit. Huic aridis tunicis direptis quod reliquum est uiuio est confectum suspenditur lino modicis interuallis. postea arida frustra in cadum aceti quæ asperrimi pendetia immerguntur: ita ne ulla parte uas contingant. Hoc fit ante solstitium diebus. lxxviii. Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis totius diei solis accipietibus post eum numero diebus tollitur uas. Scylla eximitur. Acetum transfunditur. Hoc clariorem oculorum aciem facit. Salutare est stomachi laterumque doloribus parum sumptum binis diebus. Sed tanta uis est: ut auidius haustum extinctæ aëris momento aliquo specie præbeat. prodest & gingiuis & dentibus uel per se cõmanducata. Tineas & reliqua uentris animalia pellit ex aceto & melle sumpta. Linguae quoque recens subiecta præstat ne hydropici sitim sentiant. Coquitur pluribus modis in olla quæ cõiicitur in clibanum aut furnum: uel adipe aut luto illita: aut frustatim in patinis. Et cruda siccatur: deinde cõciditur. Coquitur quoque in aceto. Tum serpentium ictibus imponitur. Tosta quoque purgatur & medium eius iterum in aqua coquitur. Vsus sic coctæ ad hydropicos: urinam ciendam tribus obolis cum melle & aceto potæ. item spleneticos & stomachicos si non sentiatur ulcus. quibus innatet cibus. Ad tormina: regios morbos tussim ueterem cum suspirio. Discutit & ex foliis strumas: quadris diebus soluta. Furfures capitis ad uicera manantia illita ex oleo cocta. Coquitur & in melle cibi gratia: maxime uti coctionem facias. Sic & interiora purgat. Rimas pedum sanat in oleo cocta: & mixta resina. Semen eius lumborum dolori ex melle imponitur. pythagoras scyllam in limine quoque ianuae suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit. Cæteræ bulbi ex aceto & sulphure uulneribus in facie medentur. per se uero triti neruorum contractionem. Et ex uino porrigines. Succum cum melle canum morsibus. Erasistrato placet cum pice. Sanguinem idem eos sistere tradit illitos cum melle. Alii si e naribus fluat coriandrum & farinam adiciunt. Theodoros & lichenas ex aceto bulbis curat. Erupentia in capite cum uino austero aut ouo. & bulbos epiphoris idem illi: & sic lipitudini medetur æque uitia quæ sunt in facie eorum rubentes maxime in sole illitis cum melle & nitro emendant. Lentiginem cum uino aut cum cumino coctis. Vulneribus quoque mire profunt per se. Aut ut Damion ex mulso: si quinto die soluantur. Item de auriculis fractas curat: et testium pituitas. In articulo doloribus miscet farinam. In uino cocti illiti uentri duritiâ præcordiorum emolliunt. Dysentericis in uino ex aqua cælesti temperato datur. Ad cõuulsa intus cum sulphio pilulis fabæ magnitudinis. Ad sudorem tussi illiniuntur. Neruis utiles. ideo et paralyticis dantur iuxta in pedibus. Qui sunt ruffi ex his citissime sanant cum melle et sale. Venerem maxime magarici stimulat. Hortensii partem cum sapa aut passo sumpti. Siluestres iteraneorum plagas et uitia cum sulphio pilulis deuoratis sedat. Et satiuorum semen contra phalagia bibitur in uino. ipsi ex aceto illinuntur contra serpentiū ictus. semem antiqui bibendum infantiis dabat. Flos bulborum tritus cruce maculas uarietatesque igne factas emendat. Diocles oculos heberari ab iis putat. Elixos assis minus utiles adiciunt esse: et difficile concoqui exui uniuscuiusque natura. Bulbinem graeci uocant herbam paracæ foliis: rubicundo bulbo. Hæc traditur uulneribus mire utilis duntaxat recentibus. Bulbus quem uomitorium uocant ab effectu folia habet nigra: cæteris longiora.

paruis uel porraceis

De asparagis & corruda & libycis & horminio.

Cap. x.

Quillissimus stomacho cibus. Asparagi (ut traditur) cumino eodem addito Inflationes stomachi colique discutunt iidem oculis claritatem afferunt. Ventrem leniter molliunt. Pectoris & spine doloribus intestinorumque uitiis profunt. Vino cum coquatur addito ad lumborum & renum dolores: semem trium obolorum pondere parte cumini bibitur. Venerem stimulat. Urinam